

Latin Vulgate (Clementine)
Gospel According to Saint Luke Chapter 16:1-8
The parable of the unjust steward.

[1] Dicebat autem et ad discipulos suos : Homo quidam erat dives, qui habebat villicum : et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius.

[2] Et vocavit illum, et ait illi : Quid hoc audio de te? **redde** rationem villicationis tuae : jam enim non poteris **villicare** .

[3] Ait autem villicus intra se : Quid faciam? quia dominus meus aufert a me villicationem. **Fodere** non valeo, **mendicare** erubesco.

[4] Scio quid faciam, ut, cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas.

[5] Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo : Quantum debes domino meo?

[6] At ille dixit : Centum cados olei. Dixitque illi : **Accipe** cautionem tuam : et **sede** cito, **scribe** quinquaginta.

[7] Deinde alii dixit : Tu vero quantum debes? Qui ait : Centum coros tritici. Ait illi : **Accipe** litteras tuas, et **scribe** octoginta.

[8] Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset : quia filii hujus saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

* * *

-are, -ere, -ere, -ire

-e

-o -eo -io -m / -s / -t -bat -nt

villicus, villicum, villicare, villicationis, villicationem, villicatione
dominus, domini, domino
ille, illi, illo
filii, filiis